



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Feminam dæmonio liberat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

conformo, vt perpetuò voluntatem ipsius cupiditati meæ antelaturus sim. Hic Philippus: Cura, vt te pro viribus pares ad eam rem grauem quidem, quæ tibi Dei permisso acciderit, æquo, libentique animo perferendam. Rediit Ioannes Angelus paulò post domum optima valetudine; sed deficiente die tantus mox improviso morbus eum oppressit, vt quarto die attulerit mortem, quam ille hilari fronte, sacramentis Ecclesiæ munitus amixus est.

*Feminam demonio liberat.*

**D**iligenter examinabat Philippus quæ ab iis, qui pro energumenis habebantur, fieri cernebat, nec faciliè inducebatur ad credendum quemquam dæmonio vexari: Hinc quæ eius rei fidem facere poterant, ad naturalia ferme principia referebat, vtpote ad naturales extrahibile morbos, ad vteri affectus,

*a*  
Totā hanc  
rem à Phi-  
lippi disci-  
pulis, qui  
ipsum eo  
tempore se-  
quebantur  
accepimus:  
in quibus  
Unus est  
Franciscus  
Maria  
Cardina-  
lis Tauru-  
sius.

*b*  
Energum-  
enos pere-  
grinis lin-  
guis loqui  
solitos tra-  
dit S. Hie-  
ronymus  
in B. Hila-  
rione, Tu-  
ronensis de  
miraculis  
Sãcti Mar-  
tini lib. I.  
c. 2. Ein-  
hardus  
abbas de  
translatio-

aut certè cerebri decremētum. His igitur de causis rarò admodum energumenis adiurandis, nisi necessitate compulsus, nauabat operam: illud verò sapienter discipulos monebat, sibi ipsis cauerent, ne energumenas feminas, nisi astantibus multis adiurare præsumerent.

Eodem vt arbitror anno Atella<sup>a</sup> Romam venerat mulier quædam nobilis Catharina ab immundis spiritibus occupata: Hæc quamquam literas non didicerat, latinè tamen perbene<sup>b</sup> purèque loquebatur, latinè interrogata, latinè pariter respōdebat: Crederes eam quæ nec scholas frequentauerat, nec magistros ullos habuerat, humanioribus literis, latino sermone scitè eruditam, excultamque esse: tantum præterea animi tantum roboris habebat, vt vix à quatuor robustis viris alleuari, teneri,<sup>c</sup> sistique posset dæmone ipso feminæ natura imbecilli, ac debili vires suggerente.

Ad-

Adducitur itaque ad Philippum qui eam exorcizare aggressus non prius precationibus pugnare destitit<sup>a</sup> quàm ab ipsa diabolũ expulerit.

Quodam die B. viro Catharina in ferreis catenulis immisericorditer verberante demõ alta voce clamare cœpit, cede, iã, cede, percute, occide; quæ verba identidẽ repetebat.

Mirum videre erat feminam toto eo temporis spatio, quo à Philippo vapulauit, nunquam se loco ne tantillum quidem mouere, sed marmoreæ statuæ instar manere immobilem loco semper hærentem.

Illud sanè nec reticebo: vix præsentiebat se à propinquis ad Philippum euocari, cum eorum conspectum declinandi cupida (vt quæ vereretur ne exorcismis de more ab eo vrgeretur) nunc hoc loco, nunc illo occultabat se velocissimè: quòd si res ei ex sententia non succedebat, ingentibus ædem clamoribus implebat: venire cunctabatur, rapere

Vitæ lib. 2.

P 4

opus

ne ss.  
Martyrũ  
Marcellini, & Petri lib. 3. c.  
13. apud  
Surium  
tom 3. S.  
Antonius  
p 3. tit. 23.  
cap. 14. S.  
1555.

a  
Sancti Viri  
in energia  
menis li  
berandis  
multum  
frequenter  
temporis  
insumpse  
re. lege S.  
Hieronymum in B.  
Hilarione,  
Palladiũ  
in Lausiac  
ac cap.  
28. Me  
taphr. in S.

His  
m e  
cecf  
ram:  
mo  
ner  
ibus  
tella  
dam  
s spi  
quam  
men  
, lati  
espo  
cho  
stros  
lite  
itam,  
terea  
at, vt  
euari,  
e ipso  
debili  
Ad.

*Auxentio  
Georgium  
Monachū  
in Theodo-  
ro Siceota,  
demum res  
gestas S.  
Anastasi  
martyris,  
quas in ve-  
teri codice  
habemus.  
Vide Card.  
Baronium  
Annal.  
Eccles tom.  
8. anno.  
713.*

opus erat: Philippo summa vi ob-  
luctans vix à quatuor viris siste-  
batur.

Hæc cum ille cerneret, vt erat  
eius miseratione commotus, ipsam  
tantisper & verberibus cæcidit, &  
exorcismis adiurauit, dum nequif-  
simos ab ea spiritus fugarit diui-  
nitus.

Hic ne illud quidem prætermi-  
tam. Cum quodam die ea ipsa, de  
qua diximus, Catharina Philippi  
iussu flagellis cæsa esset, insequenti  
nocte eidem Philippo suo clauso cu-  
biculo apparuit satan, qui minaci-  
bus oculis illum intuitus in has pro-  
rupit voces: Heus, heus bone vir  
hodie pro tuæ voluntatis arbitrio,  
auctoritati meæ illusisti; at ego in-  
iuriarum non obliuiscar, & his  
dictis confestim e-  
uanuit.